Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



91 104

amplius loquebatur. Et si me oportuerit simul
comori tibi: non te negabo. Similiter autem et omnes
dicebant. Et venerunt in prediu cui nomen get
semani: et ait discipulis suis. Sedete hic: donec
orem. Et assumpsit petrum et iacobum et iohem
cum eis: et cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tri
stis est anima mea: usque ad mortem. Sustinete hic:
et vigilate. Et cum processisset paululum: procidit
super terram: et orabat: ut si fieri posset transi
ret ab eo hora. Et dixit. Abba pater omnia tibi pos
sibilia sunt: transfer calicem hunc a me. Sed u
quod ego volo: sed quod tu. Et venit et invenit
eos dormientes. Et ait petro. Simon dormis?
Non potuisti una hora vigilare mecum? Vigi
late et orate: ut non intretis in temptacionem.
Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Et ite
rum abiens oravit eundem sermonem dicens.
Et reversus denuo: invenit eos dormientes.
Erant enim oculi eorum gravati: et ignorabant quid
responderent ei. Et venit tercio: et ait illis. Dormi
te iam: et requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce
filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sur
gite eamus. Ecce qui me tradet prope est. Et ad
huc eo loquente: venit iudas scariothis unus de
duodecim: et cum eo turba multa: cum gladiis
et lignis: missi a summis sacerdotibus: et scribis
et a senioribus. Dederat autem traditor eis signum
dicens. Quemcumque osculatus fuero: ipse est tene
te eum: et ducite caute. Et cum venisset: statim
accedens ad eum: ait. Rabbi. Et osculatus est
eum. At illi manus iniecerunt in eum: et te